& accepit peccatorum nostrorum indulgen
tiam; Recordare ergo domini sancta dei genetrix
quia de te uigilamus pura fide & confugi
mus & non derelinquas pauperrimum
ouile sed deprecare pro eo apud misericordem
dominum & intercede ut conseruetur in commo
dis & sine calumnia; In te enim speramus omnes
christiani ad te confugimus ad te oculos nostros
die noctuque pandimus te cepit & eum
qui ex te carnem suscepit dominum nostrum
salutamus & glorificamus; & quid
iam loquar aut dicam aut qualem
laudem uel gloriam qui ex te natus est
offeramus. Certe magnificata sunt
opera tua domine & non sufficit lingua
ad gloriam mirabilium tuorum;
Uere magnificati est opera tua domine
Certe congruum est hoc euangelii dic
tum adferte stolam primam & indu
ite illum & date anulum in manu eius
& calciamenta in pedibus eius & adfer
te illum uitulum saginatum & occidi
te & edentes laetemur quia hic frater
noster mortuus fuerat & reuixit
perierat & inuentus est; & postquam
surrexit rogauit eum ut conbure
ret illam nefandissimam cartulam
quod ei factum est; & uidentes populi
execrabilem cyrografum & negatoriam
cationem conbustam igni Coeperunt
cum multitudine lacrimarum diu
tissime clamare kyrieleison & an
nuens manu ipse ut tacerent ait pax
uobis; & coepit ingressum missarum
facere & post expletionem sacrorum
misteriorum perceptoque sacra myste
ria statim effulsit facies uenerabilis
uiri domini sicut sol & uidentes
omnes subito in eo uiri transfigura
tionem amplius glorificabant deum
qui facit mirabilia magna solus
& occurrentes uenerabili templo dei ge
netricis quae eum liberauit ab exe
crabili illo errore Modicum gustans
dissolutus corpore infirmatus est
in eo loco in quo & sepultus est
quo etiam & beatam illam uisionem
uidit declinans se tamquam con
fixus in eo loco & post triduum
osculans fratres tradidit beatam
animam in manu filii dei & inma
culatae semper uirginis mariae
Omnia sua egenis distribuit & opti
me disponens Talique confessi
one glorificans dominum migra
uit ad dominum cui
est gloria nunc
& semper
& per om
nia se
cula
amen

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_846/0122